



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia**

**Erasmus, Desiderius**

**Erphordie, 1520**

**VD16 B 4591**

Capvt. V.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34488**

Iesus ad eū: Nisi signa & p̄digia videritis nō creditis. Dicit ad eū regul⁹: Dñe, descēde priusq̄ moriat̄ fili⁹ me⁹. Dicit ei Iesus: Vade, filius tuus viuit. Credidit hō sermoni quē dixerat ei Iesus & ibat. Iam aut̄ eo descendente, serui occurrunt ei, & nunciauerūt, dicens: Filius tuus viuit. Sciscitatus est ergo horā ab eis, in qua melius habuisset. Et dixerūt ei: heri hora septima reliquit eū febris. Cognouit ergo p̄r, quod illa hora erat, in qua dixisset sibi Iesus, fili⁹ tuus viuit, & credidit ipse & domus eius tota. Hoc iterum secundum signū ædidit Iesus cum venisset a Iudæa in Galilæam.

¶ CAPVT. V.

¶ Ost hęc erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus p̄ Hierosolymā. Est aut̄ Hierosolymis ad probaticam piscina, quæ nominā Hebraice bethesda, quinq; porticus habens, in his iacebat multitudo magna languentiū, cæcū claudorū, aridorū, expectantiū aquæ motū. Angel⁹ em̄ descendebat certo tpe in piscinā & turbabat aquā. Itaq; qui prim⁹ descendisset post turbationē aquæ, sanus fiebat, a quocunq; detinebatur morbo. Erat aut̄ quidā hō illic, qui triginta & octo annos morbo tenebat̄. Hunc cū vidisset Iesus decubentē, & cognouisset, qđ iam multū tps morbo teneret, dicit ei: Vis sanus fieri? Respōdit ei languidus: Dñe, hoiem nō habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinā. Sed interim dū ego venio, iā alius añ me descendit. Dicit ei Iesus: Surge, tolle grabatū tuū, & ambula. Et statim sanus factus est hō ille, & sustulit grabatū suū, & ambulabat. Erat aut̄ sabbatū in die illo. Dicebāt ergo Iudæi ei, qui sanat⁹ fue-

rat: Sabbatū est, nō licet tibi tollere grabatū. Respondit eis: Qui  
 me sanū fecit, is mihi dixit: tolle grabatū tuū, & ambula. Interro-  
 gauerūt ergo eum: Quis est ille hō, qui dixit tibi, tolle grabatum  
 tuū, & ambula? Is autē qui sanus fuerat effectus nesciebat q̄s esset.  
 Iesus em̄ subduxit se q̄d turba esset eo i loco. Postea reperit eū Ie-  
 sus in tēplo, & dixit illi: Ecce sanus fact⁹ es, ne posthac pecces, ne  
 q̄d deterius tibi cōtingat. Abiit ille hō, & nunciavit Iudæis, quod  
 Iesus esset a quo sanatus fuisset. Ac propterea persequebant Iu-  
 dæi Iesū, & quærebāt illū occidere, q̄d ista fecisset in sabbato. Ies⁹  
 autē respōdit eis: Pater me⁹ ad hoc vsq̄ tēp̄is operat̄, & ego operor.  
 Propterea ergo magis quærebāt eū Iudæi interficere, q̄a non so-  
 lū soluisse sabbatū, sed & patrē suū dixisset deū, æqualē se faciēs  
 deo. Respondit itaq̄ Iesus, & dixit eis: Amē amē dico vobis, non  
 pōt fili⁹ a se facere qcquā, nisi q̄d viderit patrē facientē. Quæcūq̄  
 em̄ ille fecerit, hæc itidē & fili⁹ facit. Pater em̄ diligit filiū, & oīa de  
 mōstrat ei q̄ ipse facit: & maiora his demōstrabit ei opa, vt vos mi-  
 remini. Sicut em̄ p̄r suscitāt mortuos & viuificat, sic & fili⁹ q̄s vult  
 viuificat. Neq̄ em̄ p̄r iudicat quēq̄, s̄z oē iudiciū dedit filio, vt oēs  
 honorent filiū, sicut honorāt patrē. Qui nō honorat filiū, nō ho-  
 norat patrē qui misit illū. Amē amen dico vobis, q̄ sermonē meū  
 audit, & credit ei q̄ misit me, habet vitā æternā, & in cōdemnatio-  
 nē nō veniet, sed transiit a morte in vitā. Amen amen dico vo-  
 bis, q̄d veniet hora, & nunc est, q̄n mortui audient vocē filij dei:  
 & q̄ audierint, viuent. Sicut em̄ p̄r habet vitā in semetipso, sic de-  
 dit & filio habere vitā in semetipso, & potestātē dedit ei iudicādi

quoque quia filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia veniet hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem eius, & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitae: qui vero mala egerunt, in resurrectionem condemnationis. Non possum ego ex meipso facere quicquam. Sicut audio, iudico, & iudicium meum iustum est, quia non quaero voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me, patris. Si ego testimonium perhiberem de meipso, testimonium meum non esset verum. Alius est qui testimonium perhibet de me, & scio verum esse testimonium, quod testatur de me. Vos misistis ad Ioanem, & is testimonium reddidit veritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio, sed haec dico, ut vos salvi sitis. Ille erat lucerna ardens & lucens, vos autem voluistis ad tempus exultare in luce eius. At ego testimonium habeo maius testimonio Ioannis. Opera enim quae dedit mihi pater ut perficerem ea, ipsa inquam opera quae ego facio, testantur de me, quod pater miserit me. Et qui misit me pater, ipse testatus est de me. Neque vocem eius unquam audistis, neque speciem eius vidistis. & sermonem eius non habetis, in vobis manentem: quia quem misit ille, huic vos non creditis. Scrutamini scripturas, quia vos videmini vobis in ipsis vitam aeternam habere: & illae sunt, quae testantur de me, nec vultis venire ad me, ut vitam habeatis. Gloriam ab hominibus non accipio, sed cognovi vos, quod dilectionem dei non habeatis in vobis. Ego veni nomine patris mei, nec recipitis me. Si alius venerit nomine suo, illum recipietis. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam a vobis invicem accipitis, & gloriam quae a solo deo proficiscitur, non quaeritis? Nolite putare, quod ego accusaturus sim vos apud patrem. Est qui accusat vos

Moses, in quo vos speratis. Si enim credidissetis Moysi, credidissetis  
 etiam mihi, de me enim ille scripsit. Si autem illius scriptis non credi-  
 sis, quomodo verbis meis credetis?

## ¶ CA. VI.

¶ Off hęc abijt Iesus trans mare Galilææ quod est Tibe-  
 riadis & sequebat eum turba multa, quia videbant eius sig-  
 na, quæ faciebat super his quæ infirmabant. Subijt autem in  
 montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. Instabat autem pascha  
 dies festus Iudæorum. Cum sustulisset ergo oculos Iesus, & vidisset,  
 quod multa turba veniret ad se dicit ad Philippum: Vnde ememus pa-  
 nes, ut edant isti? Hoc autem dicebat tentans eum, ipse enim sciebat quid  
 esset facturus. Respondit ei Philippus: Ducetorum denariorum panes  
 non sufficiunt eis, ut unusquisque pusillum quippiam accipiat. Dicit ei unus  
 ex discipulis ipsius. Andreas frater Simonis Petri: Est puer unus  
 hic qui habet quicquid panes ordeaceos & duos pisces. sed hæc quod  
 sunt inter tam multos? Dixit autem Iesus: Facite ut homines discumbant.  
 Erat autem gramen multum in eo loco. Discubuerunt ergo viri numero  
 ferme quinquies mille. Accepit autem panes Iesus, cumque gratias egisset,  
 distribuit discipulis, discipuli vero discumbentibus. Similiter & ex piscibus  
 quantum volebat. Ut autem impleti sunt, dicit discipulis suis: Colligite quæ super  
 fuerunt fragmenta ne quod pereat. Collegerunt ergo, & impleuerunt duo  
 decem cophinos fragmentorum ex quicquid panibus ordeaceis, quæ super fuerant  
 his quæ comederant. Illi ergo homines cum vidissent quod Iesus fecerat signum  
 dicebant. Hic est vere propheta ille qui venturus est in mundum. Iesus  
 ergo cum cognouisset quod venturi essent, ac rapturi ipsum ut face-  
 rent ipsum regem, secessit iterum in montem ipse solus. At ubi iam